



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

II. De ordinatione episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

CANONES.

I.

* *al. fa-*
cere eo-
rum, qui
** promo-*
uentur,
 Non liceat populo electionem * facere, qui ad sacerdotium * prouocantur; sed iudicium sit episcoporum; vt ipsi eum qui ordinandus est, probent, si in sermone, & fide, & in spiritali vita edoctus est.

II.

Episcopum oportet maxime quidem ab omni Concilio constitui: sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris, difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur, & omnium presentium, vel absentium subscriptiones teneantur, & sic postea ordinatio fiat. Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertineat episcopum.

Dist. 63. cap.
 Non licet.
 & dist. 24.
 Episcopus.
 & dist. 64. c.
 Episcopum.
 Burch. lib. 1.
 cap. 10. Iuō
 p. 5. c. 64.
 ex Nicæn.
 Conc. c. 4.

III.

Non debet ordinari episcopus absque consilio & presentia metropolitani episcopi. Adesse autem oportet omnes qui sunt in prouincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam conuocare. Et si quidem omnes occurrerint, melius: si autem hoc difficile fuerit, * plures si autem hoc difficile fuerit, * plures oportet occurrere. Qui autem non venerint, presentiam sui per suas epistolas faciant: & sic omnium facto consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod a nobis terminatum est, fuerit factum, talem ordinationem nihil præualere decernimus. Si autem secundum Canones ordinationis episcopi fuerit facta, & aliquis * contra, sua

Dist. 65. c.
 Non debet
 ex Concil.
 Antioch.
 Can. 19.

Concil. Tom. 12.

Q999